ſito, hac epigraphe inſignitur:

D.O.M. & Ordini Cartuſiano
Hanc ædem.

Domus Erchingerus à Saunſ-haim de Droatzemberg, & Da-vaſtheim, & Anna in Steffanſ-berg coniug.
anno 1408.

CXXIII.

1417. Domus Neoparti noſcitur fun- *Teutoniæ.*
data anno 1417. Cartuſienſes
Angli Lutherianam perſecutio-
nem fugientes, Mechliniam in
Flandria ſe receperunt, atque de-
mùm hanc Neoporti domum ſeu
portum tenuerunt.

CXXIV.

1420. Domus Vveſſaliæ, ſeu Inſulæ *Rheni,*
Reginæ Cœli in Inſula Rheni, *& Sa-*
Oſagrave vulgo dicta, in Duca- *xoniæ.*
tu Cliviæ & Diœceſi Colonien-
ſi anno 1420. condita eſt à Sere-

niſſ-

niſſimo Adolpho Duce Cliviæ, & Comite Marchiæ, & Sereniſ-ſima Maria Duciſſa Burgundiæ, Flandriæ, & Cliviæ. Verùm anno 1588. ab hæreticis funditus diruta, religioſi in ipſa urbe Monaſterium Patrum Dominicanorum occuparunt, ac tandem in Vrbem Sâcen duabus leucis verſus occaſum trans Rhenum à Vveſſalia iacentem ſe receperũt, ibique domum moliti ſunt.

CXXV.

Tuſ- Domus Venetiarum, Sancti 1422.
ciæ. Andreæ de Litore nuncupata in
parva Inſula arci proxima, in lo-
co Lyo ſita, ſub annum 1422 piis
venetorum eleemoſynis ædifica-
ta eſt, & Ordini de dita anno
1425. Hanc Inſulam incolebant
Patres Auguſtiniani ab anno
1190. illis à Republica conceſ-
ſam; eius tamen Dux Summo
Pontifici ſupplicavit, ut, amotis
his Patribus, Cartuſiano Ordini
cederet, cuius votis benigne an-

 nuit